

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## **Symbolarvm Libri XVII. Qvibvs P. Virgilii Maronis Bvcolica, Georgica, Aeneis ex probatissimis auctoribus declarantur, comparantur, illustrantur**

**Vergilius Maro, Publius**

**Augustae Vindelicorum, MDIC**

Ecloga decima. Gallus.

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-322](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-322)

Jacob. Pont. SED TAMEN ISTA SATIS) Notæ sunt omni-  
bus, etiam pueris Grammaticis illæ clausulæ, quibus in  
sermonibus, & scriptis nostris uti consueuimus. Hæc ha-  
ctenus. Ista dixisse sufficiat. Sed de his satis. Menalcas, cū  
voles, & quoties voles, recitabit tibi nostra carmina. Ia-  
cob. Pont. CAYSAN. NOSTROS) Causare, est causas affer-  
re. Cic. pro Sex. Roscio. Nunquid causare, quin ab iudi-  
cio discedas turpissimè victus? Lucret. lib. I. *Quāvis cau-  
sando multa moreris.* Id est, multas causas afferēdo. *πολλὰ  
μεροάζει μωρον, πολλὰς μεροάζεις μεροαζέων.* \* *Causari est  
tueri ac defendere se causis prætendendis.* Attius Medea. Quò potis  
est repelli quiquam, vbi nullus est causandi locus? *Africanus E-  
mancip.* Vide ut facundè contra causeris patrem. *Sueton. Nerone,  
cap. 49.* Duos pugiones quos secum tulerat, arripuit, tentatq; Stri-  
uq; acie, rursus condidit, causatus, nondum adeps fatalem horam.  
*Sensus carminis est, Tu causam afferendo recusationis tue, nihil fa-  
cis aliud, quam ut desiderium meum tui audiendi producas: mihi e-  
nim illud de obliuione carminum non persuades.* ET NUNC O-  
MNE SILET ÆQVOR) Vide quā studeat audire  
Mærin Lycidas. Ostendit & silentium summum à ven-  
tis, & fluctibus, quæ canentem impedire poterant, &  
tempus adhuc restare, medioq; tantum versus Mantu-  
am peracto itinere, opportunitatem adesse optatissimā.  
MEDIA EST VIA, NAMQVE SEPVL. BIANO. Theocritus  
Idyll. 31.

Κ' ὑπὸ τὰν μεσάταν ὁδὸν ἄνυμεσ, ὅδε τὸ σᾶμα

Ἀμὴν τῷ Βασιλεὶ κατεφάνετο.

Atq; iter haud mediū nobis erat, haudq; sepulcrum  
Apparebat adhuc Brasila.

Bianor, alio nomine Ocnus, Manto Tirefiæ vatis filia genitus, Mantuam condidit, eique à matre nomen imposuit. lib. 10. *Eneid.*

*Ille etiam patriis agmen ciet Ocnus ab oris,  
Fatidica Mantûs, & Thusci filius amnis:*

*Qui muros, matrisq; dedit tibi Mantua nomen.*

Iacob. Pont. AGRICOLÆ STRING. FROND.) Decutiunt,  
amputant, stringendo succidunt. Georg. I. *Sed tamen &  
quernas glandes tunc stringere tempus.* Seruius. Ibidem,  
*cum flauis messorum induceret aruis Agricola, & fragili  
iam stringeret hordea culmo.* Et 2. *nunc stringe comas,  
nunc brachia tonde.* Nemef. eclog. 2. *roseis stringentem  
lilia palmis.* Stringere idem sepe quod destringere, dera-  
dere, carpere, auellere. Lucret. lib. I. *Sed quæ sunt rerum  
primordia, nulla potest vis Stringere.* TAM. VENIEM. IN. V.)  
Etsi paululum quiescentes dederimus operam cætilenæ,  
tamen tempore in urbem ingrediemur. AVT SI NOX PL.)  
Si id rimemus, ne coactis sub nocte nubibus, vt fieri so-  
let, pluuiâ decidat, continenter licet ambulemus, cum  
cantu tamen. Sic enim futurum est, vt laborem viæ mi-  
nus sentiamus. *Vsq;* particula significat continuè, conti-  
nenter. Teren. Adelph. *Quid potui melius, qui hodie vsq;  
os præbui?* Cic. ad Cornific. Mihi quidem curæ erit vsque  
quid agas. CANT. VT BAMVS) Quamuis eamus cantantes,  
te leuabo hoc onere hædorū. DESINE PLURA PVER)  
Perstat in negâdo Mæris, ac Lycidam vetat ultra petere.  
Eclog. 5. *sed tu Desine plura puer.* QVOD NUNC INST. AG)  
Plaut. Trucul. *Sed hoc agamus, huc qua ventum est gra-  
tia.* Idem Capt. *Hoc agamus,* Id est, agamus quod est in  
manibus, & quod instat; curemus præsentia, præterita  
missa faciamus. Ita Lamb. [*Hoc age, prouerbum, cum iubemus  
quempiam attentum esse, seu animo præsentem esse. Huic porro car-  
mini, Desine plura, &c. nō malè respondent illa Plaut. in Trinum. At  
enim nimis longo sermone vitium. Diem conficimus, quod iam  
properato est opus.*] Instabat illud, vt Centurionē placaret,  
cui hædos portabat muneri ipse Mæris. Cùm redierit  
Menalcas, tum causam & occasionem cantandi fore,  
quia Virgilius Roma reuersus, beneficio amicorum se-  
curitatem secum apportabit.



Ecloga decima. Gallus.

SYNOPSIS.

**C**ornelius Gallus & poeta, & orator fuit inclitissimus, cui cum Marone nostro magna familiaritas necessitudinis. Deperibat miser Cytheridem libertam Volumnij, quæ hic Lycoris vocatur, more utique poetarum, scortorum suorum infamiam mutatis nominibus occultantium. Quin ipsæ sœminæ meretricium instituentes, sumebant alia nomina: eidemq; valedicentes, ingenuarum rursus appellationem suscipiebant. Ergo, ut Apuleius Apol. i. testis est, Catullo Clodia est Lesbia, Metella Ticide Perilla, Hostia Propertio Cynthia, Plania Tibullo Delia. Idem Martial. lib. 8. epigr. 73. ad Instantium. Meretricula igitur hæc secuta in Gallias M. Antonium, Gallum hunc ista contemptione in tantum mœrorem coniecit, ut pane contabuerit. Quid facias istis? Ea tum erant sæcula, ij mores, ut dum abstinerent nupta, vidua, ingenua, amare liceret, quod luberet. Consolationem adhibet Virgilius: sic tamen, ut à Bucolica humilitate quæ personis, quæ comparationibus non temperet. Interim ei hanc vesaniam satis apertè exprobrat. Totum serè argumentum ex Thyrside Theocriti deductum apparet. Proœmio Nympha Arethusa inuocatur. Narratio per varias personas funditur, quæ ad Gallum visendum accedunt, & res tanquam in Arcadia geritur, quod Menalus, Lyceus, pastores Arcadiæ, & Pan deus declarant. Sub Galli persona durissimum & infelicissimum, secus quàm ius fas est amantium, seruitutem elegantissime expressam cernimus: quibus hominibus nihil

*est stolidius, leuius, inconstantius, qui absentia requirunt, presentia fastidiunt, cæci prorsus, & nimum verè suimet carnifices. Talis est Gallus iste Virgilij, immò talis propemodum, quales in persona sua Alcesimarchus in Cistellaria Plauti depingit.*

Credo ego amorem primum apud homines carnificinam commentum,  
Hanc ego domi de me coniecturam facio, ne foris quæram,  
Qui omnes homines supero, atq; antideo cruciabilitatibus animi.  
Iactor, crucior, agitor, stimulator, verfor in amoris rota miser,  
Exanimor, feror, differor, distrahor, diripior, ita nullam mentem  
Animi habeo: vbi sum, ibi non sum: vbi non sum, ibi est animus.  
Ita mihi omnia ingenia sunt: quod lubet non lubet iam id continuò,  
Ita me amor lapsus animi ludificat, fugat, agit, appetit,  
Raprat, retinet, iactat, largitur: quod dat non dat, deludit.  
Modò quod suaserit, disuasit: quod disuasit, id ostentat, &c.

*Adijciemus, quæ de Gallo isto prodiderunt litteris, ex Dione Xiphilinus in Augusto, & Suetonius in eodem.*

Ægyptum verò tributariam fecit, eiq; præfecit Cornelium Gallum: nam eam senatori concedere non solum non est ausus, sed neque senatorem quenquam in Ægypto passus est commorari. Rursum infra. Cornelius Gallus, cui fuerat Ægyptus commissa, propter magnitudinem honoris cepit omnibus modis iniuriam facere. Nam & vana quædam conuitia iactauit in Augustum, & suas statuas in omnibus ferè partibus Ægypti collocavit, iussitq; res ab se gestas in pyramidibus inscribi. Is à Largo amico suo accusatus, magno dedecore affectus est, & suis facultatibus priuatus: quæ quum decreto senatus ad Cæsarem peruenissent, mortem sibi consciuit. De eodem Sueton. cap. 66. Neque enim temerè ex omni numero in amicitia eius afflictis reperientur, præter Saluidenium Rufum, quem ad consulatum usque, & Cornelium Gallum, quem ad præfecturam Ægypti, ex infima vtrumque fortuna prouexerat. Quorum alterum res nouas molientem damnandum senatui tradidit: alteri ob ingratum, & maleuolum animum domo & prouincijs suis interdixit. Sed Gallo quoque & accusatorum denuntiationibus, & senatusconsulto ad necem compulso, laudauit quidem pietatem tantoperè pro se indignantium: ceterum & illacrymauit, & vicem suam conquestus est, quòd sibi soli non liceret amicis, quatenus vellet, irasci.

## EXPLANATIONES.

**E**Xtremum hunc Arethusa mihi concede laborem.  
Pauca meo Gallo, sed quæ legat ipsa Lycoris,  
Carmina sunt dicenda. NEGET QVIS CARMINA GALLO?  
Sic tibi, cum fluctus subterlabere Sicanos,  
Doris amara suam non intermisceat vndam.  
Incipe, sollicitos Galli dicamus amores,  
Dum tenera attondent simæ virgulta capellæ.  
NON CANIMVS SVRDIS, respondent omnia syluæ.

EXTREMVM HVNC ARET.) Quamquam in Georg. né. Ape lib. 4. inter nymphas Arethusam nominauit, tamen hic pro Musa ponit, ratione imitationis Theocriti, qui fuit Syracusanus. Nā Arethusa fons est Syracusanus. Sicut superius eiusdē Theocriti exemplo dicit Eclog. 6. *Prima Syracosio dignata est ludere versu, &c.* Et Eclog. 4. *Sicelidos Musæ paulo maiora canamus.* NEGET QVIS CARM. GALLO?) Mos est hominibus, ut quem ipsi priuatim amant, quem meritis & laudibus cumulant, ei idem præstandū censeant ab omnibus. Contrā, quem oderūt, ei amicum esse oportere neminem. Nempe quia quod ipsi faciunt, rectū putāt, & in rectefacto suo imitatores habere quā plurimos, vel potius omnes desiderant. Hinc illę orationes, Quis hunc non diligit? quis non admiretur? quis ei prodesse non cupiat? Et in contrario. Quis hunc nō detestetur, non omnibus supplicijs dignum statuat? Iacob. Pont. SIC TIBI CVM FLVCT.) De formula, & causā optādi, Sic tibi, &c. seu de petitione cum voto, repete quæ in superiori Eclogā annotauimus, ibi, *sic tua Cyraas fugiat examinataxos.* Adde illis exemplis hæc ex Horatio lib. 1. Ode 3. in nauim, qua Virgilius Athenas vehébatur.

*Sic te diuapotens Cypri,  
Sic fratres Helena, lucida sidera,  
Ventorumq; regat pater, &c.  
Ode 28. lib. eiusdem.*

*At tu nauta vage ne parce malignus arena,*

*Offibus, & capiti inhumato*

*Particulam dare. Sic quodcunq; minabitur Euris*

*Fluctibus Hesperis, Vennusina*

*Plectantur syluæ te sospite, &c.*

CVM FLVCT. SVBT. SICANOS) Ab Iberorum colonia, à Sicano flumine deducta in Siciliam, eam insulam nuncupatam Sicaniam, ex Eustathio obseruat German. quamuis Diodorus discrimen inter vtramque statuat. Ad Arethusam credibile est pertinere versus illos Lucretij lib. 6.

*Præterea dispersa foras erumpere cogit*

*Visper aquam subito, sursumq; ea conciliari.*

*Quod genus endo mari spirat fons dulcis aquai,*

*Qui scatit, & salsas circum se dimouet vndas.*

Plinius lib. 2. cap. 101. Quidam fontes odio maris ipsa subeunt vada, sicut Arethusa, fons Syracusanus, in quo redduntur iacta in Alpheim. Assume ad hunc locum, nisi piget, quæ dicta sunt ad finem 3. Æneid. super illo, *fama est huc Elidis amnem Occultas egisse vias, &c.* Iacob. Pont. TENER. ATTOND. VIRG. CAPELLÆ) De caprarum pascuis diximus Eclog. 1. ibi, *Dumosa pèdere procul de rupe videbo.* De elegantiā verò huius metaphora, tondere, attondere in pastione animalium, descripsimus nonnulla ex Victorio in 1. Georg. ad illa verba, *Ter centū niuei tondent dumeta iuueni.* Locū Maronis pulchrè imitatus est Nemefian. eclog. 1. *Incipe, dum salices hædi, dum*

*gramina vacca Detondent.* Iacob. Pont. RESPON. OMNIA A ita ut solebat ille, caneret, culusq; carmen, quæ syluas habitare dicitur. Echo referret. Virin. Cic. pro Archia. Saxa & solitudines voci respondent, poetar. scilicet.

- 10 Quæ nemora, aut qui vos saltus habuere puellæ  
Naiades, indigno cum Gallus amore periret?  
Nam neq; Parnassi vobis iuga, nam neq; Pindi  
Vlla moram fecere, neq; Aonia Aganippe.

ILLVM ETIAM LAVRI, ETIAM FLEVERE MYRICÆ.

- 15 Pinifer illum etiam sola sub rupe iacentem  
Mænalus, & gelidi fleuerunt saxa Lycæi.  
Stant & oues circum, nostri nec pœnitent illas:  
Nec te pœniteat pecoris, diuine poeta.  
Et formosus oues ad flumina paut Adonis.

**PUELLA NAIADES**) Nymphas simpliciter accipiamus, A perire, indignum fateamur necesse est. Seruius explicat inquit Seruius. Nam si propriè loqueretur, Oreades dicere debuisset. Naiades enim fontium sunt, Oreades montium, Dryades arborum. Sanè quia diximus easdem esse nymphas, quas etiam Musas, hoc videtur dicere: Quia si cum ipso fuissent Musæ, id est, si dedisset operam scribendis carminibus, non incidisset in tantas amoris angustias. Hæc Seruius. Theocrit. Idyll. I.

Παῖ ποτ' αἶψ' ἦσθ' ὄρεα. Δάφνις ἐτάκετο, πᾶσι ποταμοῖσι  
Ἡ κατὰ πηγὰς καλὰ τέμπεα, ἢ κατὰ πίνδου  
Οὐ γὰρ δὴ ποταμοῖο μέλαν ῥέον ἔχειτ' Ἀνάτω,  
Οὐδ' Αἰτνας σκοπιάν, οὐδ' Ἀκιδῶν ἱερὸν ὕδωρ. (nymphæ?  
Nymphæ ubi, cum extinctus Daphnis, tum vos ubi  
Pindine, an Penei tempe tenuistis amœna?  
Namq; fluente haud tum magni incoluistis Anapi,  
Non Ætnæ speculam, sacras non Acidus undas.

**NAM NEQ. PARNASS. VOB. IVGA**) Negat fuisse in vicinis locis nymphas, nō enim potuisset illas Parnassus, Pindus, Aganippe detinere, quo minus Gallo laboranti succurrerent, eumq; tā perditē afflictū alleuarent, aut certè casum illius deplorarent, cū id & inanima fecerint. Iuga Parnassi dicit, quoniam biceps, seu biuertex est, vnus Phœbo, & Musis, alter Baccho sacer. Lucan. lib. 4.

----- Parnassus gemino petit æthera collo,  
Mons Bromio, Phœboq; sacer: cui nomine mixto  
Delphica Thebanæ referunt trieterica Bacche.

Seneca Oedip. Act. 2. Gemina Parnassi arx nivalis truncem sonitum dedit. Obseruauit Macrob. Saturnal. lib. 6. cap. 6. Virgilium facere pulcherrimas repetitiones, qualis est hæc, Nam neq; Parnassi vobis iuga, nam neq; Pindi, &c. Et illæ lib. 9. Æneid.

Quæ vobis, quæ digna viri pro talibus ausis?  
Vidisti quo Turnus equo, quibus ibat in armis?

Tu similia notabis, & in primis quod hic præcedit. Quæ nemora, aut qui vos saltus, &c. & quæ sequuntur exempla duo. Infra quoque quàm elegans repetitio?

Nec lacrymis crudelis amor, nec graminarum,  
Nec cytis saturantur apes, nec fronde capelle.

Parnassus & Pindus montes sunt, Aganippe fons Bœotice, quæ etiam Aonia dicitur, Musis sacer. Ac Parnassus quidem mons Phocidis olim dictus est Larnassus, à Larnax, quæ Græcis nauis, seu arca, qua in eluuiōne illa terrarum Deucalion, & Pyrrha eō appulsi sunt. Deinde mutato primo elemento, à Parnasso heroe, qui ibidem habitauit, Parnassi nomen accepit. Vide plura apud Foquelin. in prolog. Persij. Iacob. Pont. INDIG. CVM GALLVS AMORE PERIR.) Indigno exponitur à nonnullis meretricio: certè enim tali amore, tam fædo, & erubescendo homines præsertim ingeniosos, eruditos, prudentes

etiam, magno: citat Ennium, qui dixerit, indigna turres, pro magnæ turres. Iosephus Scalig. in Cirin Virgilij, vult indignū hic esse ἀγρων, sicut in illo versu eius poematij. Verum hæc tum nobis grauiataq; indigna fuere, indigna, id est, ἀγρων. Nam dignum quod æstimari, ac monstrari poterat, τὸ δεικνυέν. Sic Attici τὸ ἀξίον vocabāt, quod facile æstimari poterat. Quare sepe ἀντὶ τῷ εὐώνῃ ponitur. Aristoph. ἰππεύσι. ὑπὸ πόλ' ἀφύας εἶδον ἀξιώτερας. Item ἡ δοντο τῆς ἀφύας παρ' ἡμῖν ἀξίας. Id est, εὐώνῃ. ILLVM ETIAM PINIF. ILL. ETIAM) Talis omnino figura, non dissimili subiecta sententia, est Eclog. 1. ipsa te Tityre pinus, Ipsi te fontes, ipsa hac arbusta vocabant. Et lib. 7. Æneid. Tenemus Angitia, vitrea te Fucinus unda, Te liquidiflueret lacus. In quibus versibus venustas illas iterationes videre est, de quibus paulò antè. Quodd Gallum à lauris, & myricis desertum dicit, id est, à procerioribus, & humilioribus stipibus, possumus ita dictum interpretari, quasi poeta significet, eum summis, & infimis, & cuiq; ordini fuisse charum & acceptum. SOLA SVB RUPE IACENT.) Quod ait, sola sub rupe, sciendum frequenter optimis scriptoribus loca sola capi pro locis non habitatis, quæ non ob-euntur, pro locis planè infrequentibus, non celebratis, desertis, & quæ dicuntur solitaria. Ita Virgilius, in sola æta, id est, in deserto littore, in solis nemoribus, montibus. Terent. Andr. Venit meditatus alicunde ex solo loco. Catull. de nupt. Quenam te genuit sola sub rupe leana? Quod nostrum mutuatum ecquid animaduertis? Ibid. Desertam in sola miseram se cernit arena. Lucret. lib. 4. quo pacto per loca sola Saxa pares formas verborum ex ordine reddunt. Aulon. Desertus vacuis solisq; exerceor oris. Rursum Terent. Phorm. Nonne hoc publicitus scelus hinc deportarier in solas terras? Plaut. Rud.

Neg, quæ quaram consultum est, neque quem rogem  
quenquam interea  
Inuenio: neque magis sola terra sunt, quàm hac loca,  
Atque hæc regiones.

Cic. I. de Diuinat. cū in locis solis mæstus erraret. Probus in Eumene. Sin per loca sola contēderet, sperabat se imprudentem hostem oppressurum. Sed modus sit exēplorum. Iacob. Pont. STANT ET OUES CIRC.) Sed & oues nunc circum stant, & Galli mæsticiā deplorant: neq; illas nostri causā ingemiscere pœnitet. Cur igitur nos, o diuine poeta Galle, illarum pigeat, aut pudeat? Miscuit suam personam, ut frequenter facere consuevit: nam erat integrum, tui nec pœnitet illas. Etiam Adonis ille formosissimus oues paut ad ripas fluminum. ET FORMOS. OUES AD FLVM) Theocrit. Idyll. I.

Ωραὶ γὰρ χαλδωνίς ἐπεὶ καὶ μάλα νομεύει,  
καὶ τῇ ὥρᾳ βάλανι, καὶ θηρία τὰλλα δώκει.

Namq; & pascit oves forma qui prestat Adonis,  
Et lepores, reliquasq; feras configere gaudet.

Venit & vpilio: tardi venere bubulci:

20 Vuidus hyberna venit de glande Menalcas.

Omnes, vnde amor iste rogant. tibi venit Apollo.

GALLE QUID INSANIS? inquit: tua cura Lycoris

Perq; niues alium, perq; horrida castra lequuta est.

Venit & agresti capitis Syluanus honore,

25 Florentes ferulas, & grandia lilia quassans.

Pan deus Arcadiæ venit, quem vidimus ipsi

Sanguineis ebuli baccis, minioq; rubentem.

Et, quis erit modus? inquit: amor non talia curat.

Nec lacrymis crudelis amor, nec gramina riuus,

30 Nec cytiso saturantur apes, nec fronde capellæ.

VENIT VPILIO) Metri caussa dixit vpilio, pro opi- A nam alioqui vera Antonio vxor Fulvia erat. Dicta est au-  
lio, vt Græci οὐλυμπία, ὄρεα. Theocrit. Idyll. i.

Ἡ δ' Ἐρμῆς πρῶτος ὁρᾷ, εἰπε δὲ, Δάφνι,

τίς τὸ χαλδώνη; τίν' ὦ γ' ἀδελφὸς ἐράσας;

Ἡ δὸν τοὶ βάλανι, τοὶ ποιμένες, ὁ πόλοι ἦνθον.

Πάντες ἀνθρώπων τὶ πάθοι κακόν. ἦνθ' ὁ πρίαπ' ὦ,

κῆρα, Δάφνι τάλαν, τί τὸ τάνκας; ἀδελφὸς κῶρα

Πάσαν ἀνὰ κράναν, πάντ' ἄλσος ποσσὶ φορεῖται

Ζαλεῦσ'. ἄδυσσεώς τις ἄγαν, καὶ ἀμήχαν' ἐσσί.

Venit Mercurius primus de monte: quis (inquit)

Daphni itate vexat? cuius tam captus amore es?

Qui capras, qui pascit oves, venitq; bubulcus:

Quoq; malo pressus, rogitant. tandem ipse Priapus,

Cur sic Daphni miser tabescis? (dixit) at illa

Te quarens virgo fontes saltusq; pererrat.

Infelix in amore, & inops es mentis habendus.

TARDI BVBULCI) Id est, pigri, quod epitheton Bootæ  
proprium est. Iuuenal. *Frigidi circumeant pigri sarraca*  
*Boote.* Et Claudian. de raptu Proserp. lib. 2. *præcipitat pi-*  
*grum formido Booten.* Quamquam hic etiam mathema-  
tica adest ratio. Potuit itaq; hoc adiunctum, quod bu-  
bulci proprium, submonere doctissimum Seruium, &  
alios, bubulci hoc loco legendum esse, non subulci, qui-  
bus tardis esse non licet, per porcorum celeritatem, quos  
sequuntur. Quorum pastorum etiam neglecta mentio  
consulto à vate fuit, cum nusquam eos neq; Theocritus  
inducat, & tria tantum sint, quod & Donatus scribit, pa-  
storum genera, quæ dignitatem in bucolicis habeant,  
bubulci, opiliones, & omnium minimi caprarij. Quin  
& ille ipse Theocriti versus, quem hic noster amulatus  
est, nullam subulci mentionem habet. ἦνθον τοὶ βάλανι, τοὶ  
ποιμένες, ὁ πόλοι ἦνθον. Erythraeus Indice. VVIDVS) Var-  
ro lib. 4. de ling. lat. vuidum est, quod humidum: & ideo  
vbi id non est, succus abest. Horat. Ode 5. lib. 1. *vuida su-*  
*spendisse potenti Vestimenta maris deo.* Et Ode 5. lib. 4. *di-*  
*cimus integro sicci mane die, dicimus vuidi.* Apud Lucrer.  
lib. 1. est vuescunt, pro, humescunt. Deniq; *fluctinago su-*  
*spensa in littore vestes vuescunt.* \* Vuidus Horatio, versus pro-  
lato, est contrarium verbo sicci. Atq; si illud significat potius expe-  
tes, qui nondum bibissent quidquam per diem solidum: ita hoc, vino  
madidos, approbe irrigatos & esperi, quo tempore se poculis inuitabāt. D

TVA CVRA LYCORIS) Hanc ipsam intelligit Cic. 2.  
Philip. quo loco Antonium vt ineptè ac insulse facietum  
irridet. At etiam quodā loco facietus esse voluisti: quam  
id te, dij boni, non decebat? (vt hominem videlicet ira-  
cundum, omnisq; leporis expertem.) In quo est tua cul-  
pa nonnulla: aliquid enim falis ab vxore mima trahere  
potuisti. Vxorem vocat ob assiduam consuetudinem:

tem mima illa Citheris suo, & primo nomine. Item Vo-  
lumnia, à Volumnio Eutrapelo, cui prius fuerat in deli-  
cijs. In eadem orat. Trahebatur in esledo, Trib. pl. licto-  
res laureati antecedeant: inter quos aperta lectica mi-  
ma portabatur: quam ex oppidis municipales homines  
non noto illo, & mimico nomine (Citheridem) sed Vo-  
lumniam consalutabant. Cura mentis est, curatio medi-  
cinæ, curatura diligentia. Cura autem dicta est, auctore  
Festo, quasi cor edat, vel quia cor vrat. Atqui amores isti  
turpes maximè cor edunt, & vrunt. Notæ sunt illæ vo-  
ces, *Cuius me miserum magnus edebat amor. Ignes inte-*  
*riorem edunt medullam. Sine quid vrimur,* & multa huius  
B farinæ apud poetas vtriusq; linguæ. Merito itaq; curæ  
vocantur illæ ipsæ quoq; fæminæ, quæ sic incédunt, &  
perurunt animos. Iacob. Pont. PER QVE NIVES ALIVM)  
In Gallias vsq; secuta est M. Antonium, viam utiq; lon-  
gam, & asperam. Fit hoc quidem in amore impudico, &  
fugiendo: fit etiam in amore laudabili, & expetendo,  
& est indubitatum summæ cuiusdam in aliquem bene-  
uolentiæ indicium, si cum eo, ac propter eum longum,  
periculosumq; iter emetiri paratus sis. Plin. lib. 7. epist.  
16. de Cælestrio Tyrone, quem & priuatis, & publicis  
necessitudinibus sibi coniunctum familiarissimè dili-  
gebat. Spero, immò confido, facile me impetraturum,  
vt ex itinere defleat ad te. Nihil est quod verearis, ne  
fit hoc illi molestum, cui orbem terrarum circumire  
non erit longum mea caussa. Huiusmodi ardorem  
erga Tullum ostendit Tibullus eleg. 6. lib. 1.

*Non ego nunc Adria vereor mare noscere tecum*

*Tulle, neq; Egeo ducere vela salo.*

*Cum quo Riphæos possim conscendere montes,*

*Vltimusq; domos vadere Memnonias.*

Horat. Ode 6. lib. 2.

*Septimi Gades aditure mecum, &*

*Cantabrum indoctum iuga ferre nostra, &*

*Barbaras syrtes, vbi Maura semper*

*Æstuat vnda.*

Et Ode 1. Epod. ad Mæcen.

*— Et te vel per Alpium iuga,*

*Inhospitalem & Caucasum,*

*Vel occidentis vsq; ad vltimum sinum*

*Forti sequemur pectore, &c.*

Catullus ab eadem re duos amicos prædicat.

*Furi, & Aureli comites Catulli,*

*Sine in extremos penetrarēt Indos,*

O 3 Littus

*Littus ut longè resonans Eoa  
Tunditur vnda,  
Sine in Hyrcanos, Arabasq; molles,  
Sen Saccos, sagittiferosq; Parthos, &c.*

Iacob. Pont. AGRESTICAP. HONORE) Agrestem capitis honorem accipe coronam frondeam, qua caput cinetus veniebat Sylvanus. Sic Horat. *folia sine frondes arborum*, sylvarum honorem vocavit Ode II. Epod. FLOR. FER. ET GRAND. LILIA) Ferula, & lilia ita laxa implicatione contexta erant, ut motu concuterentur. Quemadmodum aliquis apud Plaut. in cessu facit chlamydem vndantem quassando. Ferula germen exoticum & transmarinum est, & lilium commune nomen multorum diuersi coloris florum. PAN DEVS ARCADIAE) Horat. Ode 12. lib. 4. *Delectantq; deum, cui pecus & nigri Colles Arcadiae placent.* SANG. EB. BACCIS, MINIO QVE) Non tantum Pan sanguineis ebuli baccis, minioq; rubens, ob æris, ut tradunt glossographi, simi-

Alitudinem pingitur: verum etiam Iupiter. Plin. lib. 33. ca. 7. & Bacchus. Pausan. in Achaicis. τὸ διονύσου δὲ ὑπὸ κινυράρεως τὸ ἀγαλμα ἐστὶν ἐπινηθισμένον: ac reliquorum deorum simulacra. Plutarch. ἐν ῥωμαίων. Ταχὺ γὰρ ἐξ ἀνθεὶ τὸ μίλθινον, ὃ τὰ παλαιὰ τῶν ἀγαλμάτων ἔχρωζον. Brod. lib. 3. ca. 13. \* *Digna lectu verba Plinij huc transferam.* Inuenitur in argentijs metallis minium quoq; & nunc inter pigmenta magna auctoritatis, & quondam apud Romanos non solum maxime, verum etiam sacra. Enumerat auctores Verrius, quibus credere sit necesse, Iouis ipsius simulacri faciem diebus festis minio illini solitam, triumphantiumq; corpora: sic Camillum triumphasse. NEC LACRYMIS SAT. AM. NEC FRONDE CAP.) Ut Apollo, sic Pan Galium ab infania reuocare nititur. Finem remouet triplici vsus similitudine. Si posses expellere, saturare, mitigare, placare amorem lacrymis, bene quidem. Sed ille nihil mouetur, & augefcit potius ægritudine, & fletib. quemadmodum gramina infinitè humorem expetunt, apes semper cythum, caprae semper frondes. *Amor animi arbitrio sumitur, non ponitur*, ait ille. Iacob. Pont.

Tristis at ille, tamen cantabitis Arcades, inquit,

Montibus hæc vestris: soli cantare periti  
Arcades. O mihi tum quàm molliter ossa quiescant,  
Vestra meos olim si fistula dicat amores.

35 Atq; vtinam ex vobis vnus, vestriq; fuisset  
Aut custos gregis, aut maturæ vinitor vuæ.  
Certè siue mihi Phyllis, siue esset Amyntas,  
Seu quicunq; furor (quid tum si fuscus Amyntas?  
Et nigræ violæ sunt, & vacinia nigra)

40 Mecum inter salices lenta sub vite iaceret:  
Serta mihi Phyllis legeret, cantaret Amyntas.  
Hic gelidi fontes, hic mollia prata Lycori,  
Hic nemus; hic ipso tecum consumerer æuo.

Nunc infanus amor duri me Martis in armis  
45 Tela inter media, atq; aduersos detinet hostes.  
Tu procul à patria (nec sit mihi credere) tantum,  
Alpinas, ah dura, niues, & frigora Rheni  
Me sine sola vides. ah te ne frigora lædant,  
Ah tibi ne teneras glacies secet aspera plantas.

CANTAB. ARCAD. INQVIT) Vide sis quæ scripta sunt C in Eclog. 7. super illo, *Arcades ambo, Et cantare pares, & respondere parati.* QVAM MOLLITER OSSA QUIESCANT) Simile est, quod sepulchris inscribatur, sit tibi terra leuis, his literis maiusculis. S. T. T. L. quod ad verbum pæne interdum poetæ vsurpant. Euripid. Alestid. κῆρ δ' οὐ χθὼν ἐπ' αἶνα πᾶσι, ὃ γύναι. Propert. lib. I. eleg. 17.

*Ille meum extremo clausisset puluere nomen,  
Ut mihi non ullo pondere terra foret.*

Ouid. epistola Didonis.

*Ascaniusq; suos feliciter impleat annos,  
Et patris Anchisæ molliter ossa cubent.*

Martialis.

*Sit tibi terra leuis, molliq; tegaris arena.*

Et lib. 5.

*Mollia nec rigidus cespes tegat ossa, nec illa  
Terra grauis fueris, non fuit illa tibi.*

Ouid. in mortem Tibulli.

*Ossa quæta precor tuta requiescere in urna,  
Et sit humus cineri non onerosa pio*

Iuuenal. sat. 7.

*Dij maiorum umbris tenuem, & sine pondere terram,*

*Spirantesq; crocos, & in urna perpetuum ver,  
Qui praeceptorem sancti voluere parentis  
Esse loco.*

Vrsin. Iacob. Pont. ATQVE VTINAM EX VOBIS VNVS) Cum in res turbidas, & aduersas inciderunt homines, tum demum corrigunt consilia sua, & facta infecta volunt. Et qui antea querebant honores, diuitias, voluptates, tum mallent viuere inglorij, in se tenui, procul à luxu. Gallus hic se optat fuisse pastorem, aut vinitorem, in qua ipsa vita potuisset habere delicias qualescunq;. Sed tales nos etiam fugiamus, nostrasq; voluptates omnes vna honestate, & honestatem ipsam Christianismi legitus metiamur. Iacob. Pont. HIC LIQVIDI FONTES)

D Nemefian. eclog. 4. & hæc ad imitandum visa dulcia.

*Hic age pampinea mecum requiesce sub umbra.  
Hic tibi lene fluens fons murmurat, hic & ab ulmis  
Purpureæ fœtis dependent vitibus vna.*

MOLLIA PRATA) Pratum est, ait Vlpian. tit. de Verbor. signif. in quo ad fructum percipiendum falce duntaxat opus est, ex eo dictum, quod paratum sit ad fructum capiendum. IN SAN. AM. D. ME MART. IN ARM.) Me, id est animum meum, qui est illic, vbi Lycoris. Aman-

tium

tium enim sunt *σώματα μὲν δὴο, ψυχὴ δὲ μὴ*, quatenus A  
amant. Et venustè dixit Plato: amantis animum in pro-  
prio corpore mortuum, vivere in alieno. Congruenter  
illud, animum amantis magis esse ubi amat, quam ubi a-  
nimat. Plaut. Bacchid. *Anima est amica amanti: si abest,*  
*nullus est.* Est præterea non alienum his versibus illu-  
strandis dictum Collumellæ scitissimum. Qui se mori-  
bus Veneris dediderit, non aliud quidquam potest cog-  
itare, quàm illud quod diligit. Nam vitij eiusmodi pel-  
lectus animus, nec præmium iucundius, quàm fructum  
libidinis, nec supplicium grauius, quàm frustrationem  
cupiditatis existimat. Erat itaq; Gallus ubi Lycoris, quæ,  
ut didicimus, Antonium erat secuta in Gallias, & erat in  
exercitu: sed illa non erat ubi Gallus. Iacob Pont. **NEC**  
**SIT MIHI CRED. TANTVM**) Videtur hæc esse huius lo-  
ci sententia, ut Gallus amoris impotentia optet, quam-  
uis reuera Lycoris Antonij militiam sit sequuta, id ta-  
men tantummodo non credere (& tum nota altera pa-  
renthesis ponenda erit post vocem tantum) sibi amato-  
riè blandiens, & amicæ, & sibi scienter quodammodo  
imponens, & fucum faciens, ut fortè Græci dicerent, *μὴ*  
*ποῦν δὲν εἶναι*, vel *ἐκ δὲν ἐξ εἶναι* *πιστεύειν*, tantū ne liceat credere.

- 50 Ibo, & Chalcidico quæ sunt mihi condita versu  
Carmina, pastoris Siculi modulabor auena.  
Certum est, in sylvis, inter spelæa ferarum  
Malle pati, tenerisq; meos incidere amores  
Arboribus: crescent illæ, crescetis amores.  
55 Interea mistis lustrabo Manala nymphis,  
Aut acres venabor apros: non me vlla vetabunt  
Frigora Parthenios canibus circundare saltus.  
Iam mihi per rupes videor, lucosq; sonantes  
Ire: libet Partho torquere Cydonia cornu  
60 Spicula: tanquam hæc sit nostri medicina furoris,  
Aut deus ille malis hominum mitescere discat.

**IBO, ET CHALCIDICO**) Gallus Euphorionis Chal-  
cidenſis poemata in latinum conuertit, quod hic testa-  
tur Maro. Sed cum illa Græca interierint, plura tamen è  
veterum commentarijs loca eiusdem scriptoris eruit  
Victor. lib. 33. cap. 13. Sensus est, carmina bucolica Eu-  
phorionis Chalcidenſis, Bucoliastæ, quæ latina feci, can-  
tu conuenienti, rustico nimirum, quali pastores à Theo-  
crito Siculo vtentes introducuntur, *Auff der Sackhpfei-*  
*fen*, decantabo, indeq; dolori meo qualecunq; lenimen-  
tum petam. Nam modulari carmē nihil est aliud, quàm  
id ipsum ad aliquod instrumentum musicum, lyram, fi-  
stulam aptare, & canere, quod instrumentum persæpe  
etiam exprimitur suo nomine, ut hic; per auenam siqui-  
dem fistula *μῆλον ὑμῶν* intelligenda est, ut aliàs non se-  
mel in bucolicis. Tibull. lib. 2. eleg. 1. *Et satur arenti pri-*  
*mum est modulatus auena Carmen.* Horat. Ode 32. lib. 1.

— age dic Latinum  
Barbite carmen.

Lesbio primum modulate ciui.

Iacob. Pont. **CERTVM EST, IN SYLVIS**) Aliquid etiam  
maius, & grauius pati optat Tibullus, ut amatorias acer-  
bitates istas ne sentire cogatur, lib. 2. eleg. 4.

O ego ne possem tales sentire dolores

Quam mallet in gelidis montibus esse lapis?

Stare vel insanis cautes obnoxiæ ventis,

Naufraga quam vasti runderet ira maris.

**INCID. AM. ARB.**) Solebant præci in corticibus arbo-

[Quidam sic: nec sit mihi credere tantum, & sit nomen, hoc sensu.  
Vt nam ne credam tantum tibi incommodum obijci, quantum re ipsa  
obijcitur, & sit opinio mea inferior difficultatibus, quas pateris.]  
Vtitur hac forma Tibull. lib. 1. eleg. 6.

At mihi si credas, illam sequar unus ad aras,  
Tunc mihi non oculis sit timuisse meis.

Erant enim sacra Bonæ deæ maribus interdicta. Idem  
*Nec tibi sit duos acuisse in pectora dentes.* German. \*  
Pluribus ista testimonijs cumulabimus. Tibull. lib. 2. eleg. 5. sic vsq;  
sacros innoxia lauros Vescar, & æternū sit mihi virginitas. Tale est  
Propertianum libro primo eleg. 8. Nec me deficiet nautas rogare  
citatos. Et eleg. 16. Et mihi non defunt turpes pendere corollæ.  
**TIBI NE TEN. GLACIES. S. A. PLANT.**) Sic Apollo 1. Me-  
tamorph. *Me miserum, ne prona cadas, indignæ ledi*  
*Crura notent sentes. Aspera quæ properas loca sunt.* Apud  
Propert. libro primo, eleg. 8. Tibull. libr. 4. Sulpitiæ  
ad Cherintum venationi deditum extant ineptiæ simi-  
les. Qui liqueſcit mollitia, & tanquam fluit, inquit Ioui-  
an. de Fortitud. lib. 1. quid expectare ab eo, nisi langui-  
dum, ac muliebrem potes: sed hæc in amantis persona fot-  
tasse non omnino dedeçant: quamquam etiam in a-  
mante ridentur. Iacob. Pont.

rum nomina deliciarum suarum notare, in parietibus  
etiam, quod testantur Grammatici. Hinc prouerbum,  
In ostio formosus, de his, qui vulgò gratiosi sunt, aman-  
turq;: quam consuetudinem hic tetigit Virgilius, & eam  
nos pluribus exemplis in medium productis confirma-  
bimus. Oenone apud Ouid. ad Paridem.

Inscisa seruant à te mea nomina fagi,

Et legor Oenone falce notata tua.

Et quantum trunci, tantum mea carmina crescunt,

Crescite, & in titulos surgite rite meos.

Populus est, memini fluminali consista ripa,

Est in qua nostri litera scripta memor.

Popule vine precor, quæ consista margine ripæ,

Hoc in rugoso cortice carmen habes, &c.

Propert. lib. 1. eleg. 18.

Vos eritis testes, si quos habet arbor amores,

Fagus, & Arcadio pinus amata deo.

Ab quoties teneras resonant mea verba sub umbras,

Scribitur & vestris Cynthia corticibus.

Victor. lib. 16. cap. 5. \* Non solum deliciarum suarum nomina,  
sed carmina etiam de suis delicijs, amatoria scilicet in corticibus ar-  
borum exarare consueuerant: id perspicue ex Nemesiani & Calpur-  
ni eclogis intelligi potest: quas bonam partem ad prototypum Ma-  
ronianum conceptas & effusas, studiosis legendas commendo.  
**ACRES VENATOR APROS**) De aprosum venatione  
agit Angelus Bærgius, poeta minimè malus lib. 4. Cy-  
negeticon, ab eo loco,

Nam neq; dinorum metuens minus vlla, neq; altis

Tetrior

*Tetrior incessit syluis fera: qua sua norit  
Arma magis, &c.*

Horat. Ode 2. Epod.

*Aut trudit acres hinc, & hinc multa cane  
Apros in obstantes plagas.*

Acres nominat, sine dubio ad naturam earum bestiarum praeferoce, valdeq; feram respiciens. Quærit Plutarch. lib. de causis natural. cap. 20. quamobrem aprorum lachrymae dulces, ceruorum salæ sint. Quia ceruus, inquit, natura frigidus est: aper contra animal est feruidum, & æstuosum. Quare ille fugax est: aper vero insectanti resistit: quo tempore, quia exardescit in furorem, lacrymam quoq; fundit: nam plurimo calore sursum in oculos sublato, erigit & setas, & flammæ lumine spargit, & quod tum cliquatur, dulce reddi par est. Aliam ibidem rationem promittit, quam tibi legendam relinquo. Catullus nemoriuagus in Galliambo. *Vbi cerna syluicultrix, ubi aper nemoriuagus.* Iacob Pont.

Ex 10. Metamorph. homini non tardo facile est conijcere, quamobrem fulmineos dixerint apros antiqui poetæ. Cum enim exertas habeant minaces dentium eminentium ficas, veluti cuspidem fulminis imitantes, & eius impotentem præcipitemq; in vulnerando impetum referentes, a tali quadam cogitatione veterum, &

Iam neq; Hamadryades rursus, nec carmina nobis

Ipsa placent: ipsæ rursus conceditæ syluæ.

Non illum nostri possunt mutare labores:

65 Nec si frigoribus medijs Hebrumq; bibamus,

Sithoniasq; niues hyemis subeamus aquosæ:

Nec si, cum moriens alta liberaret in vlmo,

Æthiopum versemus oues sub fidere Cancræ.

OMNIA VINCIT AMOR: & nos cedamus Amori,

70 Hæc sat erit diuæ vestrum cecinisse poetam,

Dum sedet, & gracili fiscellam texit hibisco,

Pierides. vos hæc facietis maxima Gallo,

Gallo, cuius amor tantum mihi crescit in horas,

Quantum vere nouo viridis se subijcit alnus.

75 Surgamus: solet esse grauis cantantibus vmbra.

Iuniperi grauis vmbra: NOCENT ET FRUGIBVS VMBRÆ.

Ite domum saturæ, venit Hesperus, ite capellæ.

IAM NEQVE HAMADRYAD. Iam displicent, quæ placebant paulo ante. Scilicet insano nemo in amore videtur, ait ille, nimium expertus quod dicit, & sæpe dissuadens alijs, quod ipsemet facit. Iacob Pont. NEC SI FRIGOR. MEDIIS HEB.) Theocrit. Idyll. 1.

*Εἰς δὲ ἡδονῶν ἐν ὄρεσι χεῖματι μέσσω  
Εἴβρον παρὰ πολὺ μὲν τέτραμμένους, ἐγγύθεν ἀπὸ τοῦ  
Εἰ δὲ θέρεϊ πυμάτοισι παρὰ Αἰθιοπέσσι νομείοις.*

*Edonum teneas, quum bruma acerrima, montes,*

*Iuxta Vrsam, gelidas Hebræ conuersus ad undas:*

*Sicq; apud extremos æstatis tempore pastor*

*Æthiopus*

\* De Hebræ eleganter dictum ab Horatio, ep. 3. lib. 1. Thracæne vos, Hebræq; niuali compede victus. Germanicus Caesar ex græco epigrammate.

Thrax puer astricto glacie dum ludit in Hebræ,

Frigore concretas pondere rupit aquas.

OMNIA VINCIT AMOR) Quia ipse nusquam medicamentum inuenit morbo suo, generatim affirmat, amori resisti non posse, nulla vi, nullo artificio. Quod apud illos fortasse verum sit, qui dei amorem nullum

A sensu fulmen eis tributum arbitror, ut quemadmodum Iupiter trifulco armatus telo, & manubijs suis ferire solet: sic apri obuia suis dentibus tanquam fulmine vulnerent: boues enim, & pleræq; feræ extortos, forasq; eiectiones dentes non habent, ut apri. *Fulmen habent*, inquit Ouid. *acres in aduncis dentibus apri.* Vel potius, quod afflatu callido oris, veluti igne fulminis adurere videntur. Idem 8. Metamorph. *dentes æquantur dentibus Indis, Fulmen ab ore vomit, frondes afflatibus ardent.* Et ab impetu. *Fertur ut excussis elisis nubibus ignis.* Turneb. lib. 1. cap. 23. NON ME VLLA VET. FRIGORA) Tale quiddam Propert. lib. 4. eleg. 3.

*Nec me tardarent Scythia iuga, cum pater altas*

*Africus in glaciem frigore necit aquas.*

NOSTRI MED. FVRORIS) Medicamenta, & medicinas Celsus per sæpe vocat auxilia. Sic etiam Propertius, quanquam *μὴ φαρμάκων*, lib. 1. eleg. 1.

*Et vos qui sero lapsus reuocatis amici,*

*Querite non sani pectoris auxilia.*

Iacob Pont. DEVS ILLE MALIS HOMIN.) Quæ mala hominibus afferat amor, ex Plauto in synopsis docuimus partem aliquam: ex quibus eius crudele imperium deprehenditur. Phocylides. *ὃ δὲ ἔργος θεὸς ἐστὶ, πᾶσι δὲ ἀνθρώποις ἀπὸ πάντων.*

Iam neq; Hamadryades rursus, nec carmina nobis

Ipsa placent: ipsæ rursus conceditæ syluæ.

Non illum nostri possunt mutare labores:

65 Nec si frigoribus medijs Hebrumq; bibamus,

Sithoniasq; niues hyemis subeamus aquosæ:

Nec si, cum moriens alta liberaret in vlmo,

Æthiopum versemus oues sub fidere Cancræ.

OMNIA VINCIT AMOR: & nos cedamus Amori,

70 Hæc sat erit diuæ vestrum cecinisse poetam,

Dum sedet, & gracili fiscellam texit hibisco,

Pierides. vos hæc facietis maxima Gallo,

Gallo, cuius amor tantum mihi crescit in horas,

Quantum vere nouo viridis se subijcit alnus.

75 Surgamus: solet esse grauis cantantibus vmbra.

Iuniperi grauis vmbra: NOCENT ET FRUGIBVS VMBRÆ.

Ite domum saturæ, venit Hesperus, ite capellæ.

C gustauerunt: nec inferum durissima supplicia metuere didicerunt. De potentia amoris lib. 3. Georg. quæ est quædam veluti paraphrasis istius carminis.

*Omne adeo genus in terris, hominumq; ferarumq;*

*Et genus æquorum, pecudes, pictæq; volucres*

*In furias, ignemq; ruunt: amor omnibus idem.*

Lucem præterea magnam dabunt illi Virgiliana Ciri, ubi in eius, Cupidinis inquam, siue Amoris tyrannidem poeta inuehitur.

*Sed malus ille puer, quem nec sua flectere mater*

*Iratum potuit, quem nec pater, atq; auus idem*

*Iupiter. Ille etiam Poenos domitare leones,*

*Et validas docuit vires mansuescere tigris.*

*Ille etiam diuos, homines, sed dicere magnum est.*

Ouid. 1. Metam.

*Heu mihi quod nullis amor est medicabilis herbis,*

*Nec profunt domino, quæ profunt omnibus artes.*

De eadem tyrannide lib. 13. quæ, quomodo etiam immanem & inhumanum illum cyclopem Polyphemum coegerit, ut sese Galatæ placere studeret, his carminibus demonstratur.

---prô

— prò quanta potentia regni  
*Est Venus alma tui? nempe ille immitis, & ipsis*  
*Horrendus sylvis, & visus ab hospite nullo*  
*Impune, & magni cum diis contemptor olympi,*  
*Quid sit amor sentit: nostriq; cupidine captus*  
*Uritur, oblitus pecorum, antrorumq; suorum.*  
*Iamq; tibi forma, iamq; est tibi cura placendi:*  
*Iam rigidos pectus rastro Polypheme capillos,*  
*Iam libet hirsutam tibi falce recidere barbam, &c.*

Ipse Polyphemus.

*Quiq; Iouem & calum sperno, & penetrabile fulmē,*  
*Nereite vereor. Tuae fulmine sauior ira est.*

Rursum,

*Uror enim, lesusq; exasuat acrior ignis,*  
*Cumq; suis videor translata viribus Aetnam*  
*Pectore ferre meo.*

Propert. lib. 2. eleg. 1.

*Omnes humanos sanat medicina dolores,*  
*Solus amor morbi non amat artificem.*

De crudeli amoris imperio multa multis locis Plautus.  
 Iacob. Pont. HÆC SAT ERIT DIVÆ) Concluditur  
 poematum istuc ultimum, & simul significatur, finitum  
 esse opus bucolicum, tenui contextu factum, utpote hi-  
 bisco, stylo humili. Ex veteri vocabulario, fiscella, forma,  
 ubi casei exprimuntur. GRAC. FISCELL. TEXTIT HIBISCO)  
 Opere non interrupto se hæc cantasse dicit. Sic apud  
 Nemesian. Tymetas Tityrum rogat eclog. 1. ut fiscellam  
 texendo canter interim aliquid.

*Dum fiscella tibi fluuii Tityre iunco*  
*Textitur, & rancis resonant tua rura cicadis:*  
*Incipe, si quod habes gracili sub arundine carmen*  
*Compositum.*

Sic & Tibull. locutus est lib. 2. eleg. 3. & videtur fiscellam  
 nominare vas, casei premendis idoneum.

*Tunc fiscella leni detexta est vimine iunci,*  
*Raraq; per nexus est via facta sero.*

FACIET. MAX. GALLO, (GALLO) Repetitio nominis  
 Galli, familiaritatis nota est inter ipsum & Virgilium,  
 quam tamen non dubitat expressis verbis confiteri. Cu-  
 pit etiam hæc ipsa carmina Gallo vehementer probari.  
 Prioris sententiæ verbum ultimum (ait Quintil. lib. 9.  
 cap. 3. quod est de figuris verborum) ac sequētis primum  
 frequenter est idem: quo quidem schemate utitur poe-

A tæ sapius. Tum hoc exemplum subiicit. Et illud Cicer. 1.  
 Catilin. Hic tamen viuit. Viuit: immò verò etiam in se-  
 natum venit. Æneid. 10. sequitur pulcherrimus. Astur, A-  
 stur equo fidens. Calpurnius eclog. 2. Intactam. Crocalem  
 puer Astachus, & puer Idas, Idas lanigeri dominus gregis.  
 Vide 9. Æneid. & amicum Cretea Musis, Cretea Musa-  
 rum comitem. Iacob. Pont. VIRID. SE SVBICIT ALNVS)  
 Forfan subiicit, ita accipiendum, ut summittit apud Lu-  
 cretium lib. 1. tibi suaves Dadala tellus Summittit flores.  
 Et Georg. 2. Parnassia laurus Parua sub ingenti matris se  
 subiicit umbra. Et 10. Æneid. Corpora saltu Subiiciunt in  
 equos. Et 4. Georg. Ter flamma ad summum tecti subiecta  
 reluxit. Vbi subiicere, se furrigere, & attollere significare  
 videtur. German. SVRG. SOLET ESSE GR.) De hoc  
 versu, & hemistichio sequenti, lege disputationem lon-  
 giusculam Roberti Titij lib. 10. ca. 1. qui mallet scribere,  
 cunctantibus, pro cantantibus. Repetitio autem epitheti  
 gravis, ad iuniperi maiorem vituperationem pertinet.  
 Iacob. Pont. IVNI P. GR. VMB.) Lucret. lib. 6.

*Arboribus primum certis gravis umbratributa est,*  
*Vsq; adeo, capitis faciant ut saepe dolores,*  
*Si quis eas subter iacuit prostratus in herbis.*

Sic etiam iuglandibus, de quibus Plin. lib. 17. cap. 12. Iam  
 quædam umbrarum proprietas. Iuglandium gravis &  
 noxia, etiam capiti humano, omnibusq; iuxta latis. I T E  
 DOMVM SAT. VENIT HES.) Crepusculum significat,  
 quod Ouid. 4. Metamorph. his tribus versibus circum-  
 locutus est.

*Iamq; dies exactus erat, tempusq; subibat,*  
*Quod tu nec tenebras, nec possis dicere lucem*  
*Sed cum luce tamen dubie confinia noctis.*

Quoniam qui ciuili diei partitionem explicant, cre-  
 pusculum ante vesperam cōstituunt: nempe post supre-  
 mam tempestatem, qui est occasus solis. Verum tamen  
 à poetis tam accurata partium distinctio, & observatio  
 non est requirenda. Et scimus Columellam atq; Varro-  
 nem de reducendis domum gregibus præcipere, post-  
 quam contenebrauit. Adde ex Varrone lib. 5. de ling. lat.

Cum stella prima exorta, Gracii vocant *εσπερον*,  
 nostri Vesperuginem, ut Plaut. *Neg, Vespero*,  
*neg, Virgilia occidunt.*

Iacob. Pont.

¶

BVCOLICORVM FINIS.



